

licet eis sua habere. Multo ergo minus licet eis repetere: quia non debet repeti, quod possideri non licet. §. 1. Item b. Math. 5. Si quis voluerit tunicam tuam tollere, & in iudicio tecum contendere, dimittre ei & pallium. §. 2. Item a. 1. Cor. 6. Apostolus in Epistola ad Corinth. c. 6. Stularia igitur iudicia si habueritis, omnino peccatum est in vobis. §. 3. Item Gregorius exponens [Omnia mihi licent: sed ego sub nullis redigat potestate.] inquit. [Cum mens concepta desideria subsequitur; ferrere rebus convincitur, quarum amore speratur.]

I. Item ex CONCILIO CARTHAGINENSIS IV. c. 19. [an. 398. in Africa.] Pro rebus transitoris Episcopus provocatus non litiget. Episcopus nec provocatus pro rebus transitoris litiget.

GRATIAN. QUIA ergo generaliter Perfectis prohibetur in iudicio contendere, patet, quod istis non licet stare coram iudice. §. 1. His ita respondetur. Prohibetur Perfecto in iudicio stare, captando lucrum, sed non evitendo damnum. Vel aliter. Aliud est sua possidere: aliud est communium Procuratorem esse. Canonici non possident sua: quia res Deo oblate non sunt alicuius. Utuntur enim rebus Ecclesie non ut suis, sed tamquam ad dispensandum sibi creditis. Unde Prosper in libro de Vita Contemplat. [Sacerdos, cui dispensationis cura commissa est, &c.] require in causa e ejus, a quo pro ingressu Monasterii pecunia exigebatur. Sicut ergo isti non sua possident, ita nec sua repetunt; sed res Ecclesie, quarum procuratorem gerunt. Similiter, quod in iudicio prohibetur contendere, sic intelligendum est: videlicet, ut non sibi stent coram iudice, sed aliter. Aliis autem coram iudice assistisse, & pro eis iudicem interpellasse nonnullis Sanctorum legitimus. Hi autem non sibi stant, sed pauperibus, quorum necessitatibus profutura repetunt: & ita non prohibentur stare coram iudice. §. 2. Illud verò Evangelii: Si quis abstulerit tibi tunicam, &c. non est precipiens, sed exhortans. Unde

II. AUGUSTINUS lib. 19. contra Faustum, c. 25. [c. an. 402. ibid.] Peccat qui ultra debitum exigit, non qui sibi debita reposcit.

Quod debetur, est benigne dimittitur, non tamen iniquè repetitur. Peccat autem, qui exigit ultra debitum: ideoque Lex modum figens, penam talionis instituit. Sed tu eo longè es à peccato iniusti exactoris, quò omnino non exigit debitum: ideoque bonus Magister ait: Qui te percussit in unam maxillam, prabe ei & alteram: praefertim ne cogamur & ipsi reddere debitum ab eo, qui nullum habet debitum. §. 1. Item ex CONCILIO CARTHAGINENSIS IV. c. 19. [an. 398. in Africa.] Pro rebus transitoris Episcopus provocatus non litiget. Episcopus nec provocatus pro rebus transitoris litiget.

GRATIAN. SIC & cetera accipias. III. Item IDEM in libro de sancta Virginitate c. 14. & c. 15. [c. an. 400. ibid.] De eodem.

GRATIAN. QUI quisque præceptis non obtemperat; reus est, & debitor pena. §. 1. Præcepto h. Domini non obedire, peccatum est: consilio si uti nolueris; minus boni adipisceris, non mali aliquod perpetrabis. Item Hieronymus lib. 1. contra Iovinianum. §. 2. Quod præcipitur, imperatur: quod imperatur, necesse est fieri: si non fiat, penam habet. §. 3. Ubi consilium datur, offerentis arbitrium est: ubi præceptum, necessitas est servientis. §. 1. Item ex CONCILIO CARTHAGINENSIS IV. c. 19. [an. 398. in Africa.] Pro rebus transitoris Episcopus provocatus non litiget. Episcopus nec provocatus pro rebus transitoris litiget.

GRATIAN. QUI quisque præceptis non obtemperat; reus est, & debitor pena. §. 1. Præcepto h. Domini non obedire, peccatum est: consilio si uti nolueris; minus boni adipisceris, non mali aliquod perpetrabis. Item Hieronymus lib. 1. contra Iovinianum. §. 2. Quod præcipitur, imperatur: quod imperatur, necesse est fieri: si non fiat, penam habet. §. 3. Ubi consilium datur, offerentis arbitrium est: ubi præceptum, necessitas est servientis. §. 1. Item ex CONCILIO CARTHAGINENSIS IV. c. 19. [an. 398. in Africa.] Pro rebus transitoris Episcopus provocatus non litiget. Episcopus nec provocatus pro rebus transitoris litiget.

AN CANONICI DE SUIS FRATRIBUS TESTES PRODUCERE POSSINT.

QUÆSTIO II.

GRATIAN. DE eo autem, quod queritur, an de suis Fratribus testes producere possint, multis autoritatibus videtur esse prohibendum. Leges enim tam sacrorum Canonum, quam secularium Principum prohibent adversus aliquem, quem de sua domo produci. Contra se enim quilibet testari potest, pro se verò minime. Quia ergo isti producuntur, ut pro seipsis testimonium ferant (Non enim utilitas sue Ecclesie fe penitus immunes arbitrantur futuros); patet, quod eorum vox in talibus non est audienda. Sed distinctio hæc, & testium examinatio in criminalibus causis servanda est: in civilibus autem non usquequaque. In criminali enim causa non licet testem de propria domo produci; in civili autem Prælati Ecclesie licet. Unde scribit dicens

I. PASCHALIS II. Guidoni Archiepiscopo Viennensi, Apostolicæ Sedis Legato. [an. 1115. Troja in Apulia in Galliam.]

Clerici pro sua Ecclesia testimonium ferre possunt.

Super prudentia tua plurimum admiramur, quod in negotio Beati Stephani, Clericorum ipsorum acceptare nolueris testimonium. Diverse namque sunt species causarum: nec in omnibus causis crimina agitantur. In criminibus liquidem, actorum, & testium illa distinctio observanda est, quæ in Canonibus continetur; ne qui ad probationem Domesticæ assumantur. Ceterum in possessionum, vel huiusmodi negotiis, hi potissimum assumendi sunt, qui eadem negotia tractaverunt, de quorum auditu, & visu hæsitatio esse non debeat. Si ergo idem Clerici idonei sunt ad assertionem causæ illius, nullatenus removeantur: sed sicut aliis literis deliberatum est, inter S. Joannis, & S. Stephani Canonicos his illa plenius decedatur.

POTEST etiam intelligi aliter. Domesticæ ad probationem non admittantur, ut pro his videlicet, quorum sunt Domesticæ, testimonium ferant. Hi autem (sicut supra de Actoribus dictum est) non pro Domesticis, sed pro Ecclesia, quæ mater est omnium pauperum, testimonium dicant. In conficiendis autem instrumentis secularium negotiorum Presbyteri non vocentur ad testimonium: sed si casu contractui eos interfuisse contigerit, jubente Episcopo testimonium dicant. Unde statutum est

II. IN SYNODO habita Romæ ab Eugenio Papa II. c. 13. [an. 826. Romæ.]

In conficiendis instrumentis Sacerdotes ad testimonium non vocentur.

Quamquam d. Sacerdotum testimonium credibilis habeatur; tamen ipsi in secularibus negotiis pro testimonio, aut conficiendis instrumentis non rogentur: quia eos in talibus rebus esse non convenit. Si autem b. eventu aliquo cause interfuerint, & aliquid viderint, vel audierint, ubi nulla idonea secularium inventiarum persona; ne veritas occultetur, & malus ut bonus æstimetur, in providentia proprii Episcopi sit, ut ad coram fe & competentibus iudicibus, aut aliter honorifice veritatem attestent.

GRATIAN. CORR. ROM. a Pro testimonio.] Sic est emendatum ex Conciliis Eugenii II. & Leonis IV. & Polycarpo. Antea enim legebatur, pro conficiendis instrumentis ad testimonium non rogentur. §. Si autem.] In Conciliis ipsis, & Polycarpo legitur, si enim eventa cause aliqua viderint, &c.

AN PRÆTER SUMMAM EMOLUMENTA SECTARI, SIT USURAS EXIGERE.

QUÆSTIO III.

GRATIAN. QUOD autem præter summam emolumenta sectari, sit usuras exigere, probatur autoritate

I. AUGUSTINI, qui in Psal. 36. ad vers. Tota die scribit, dicens. [forte an. 405. in Africa.]

Qui plus, quam dederit, accipit, usuras expetit.

Si feneraveris homini, id est, mutuas pecuniam tuam dederis, a quo aliquid plus, quam dedisti, expectes accipere, non pecuniam solam, sed aliquid plus, quam dedisti, five illud triticum sit, five vinum, five oleum, five quodlibet aliud; si plus, quam dedisti, expectas accipere, fenerator es; & in hoc improbandus, non laudandus.

II. Item Hieronymus super Ezechielem, lib. 6. ad c. 18. [c. an. 410. in Palestina.]

Quidquid supra datum exigitur, usura est.

Putant quidam e usuram tantum esse in pecunia. Quod prævidens Scriptura Divina, omnis rei aufert superabundantiam, ut plus non recipias, quam dedisti. Item ibidem. §. 1. Alii pro pecunia feneratora solent munuscula accipere diveris generis: & non intelligunt usuram appellari, & superabundantiam, quidquid illud est; si ab eo, quod dederint, plus acceperint.

III. Item Ambrosius in lib. de Tobia, c. 14. [c. an. 390. Mediolani.]

Quidquid forti accedit, usura est.

Plerique d. refugientes præcepta Legis, cum dederint pecuniam negotiatoribus, non in pecunia usuras exigunt; sed de mercibus eorum, tamquam usurarum emolumenta percipiunt. Ideo audiatur, quid Lex dicat: Neque usuram, inquit, escarum accipies, neque omnium verum. Item paulo post. §. 1. Et esca usura est, & vestis usura est, & quodcumque forti accedit, usura est; quod velis ei nomen imponas, usura est. Item paucis intercessit. §. 2. Si quis instaurendum convivium putat; ad Negotiatorem mittit, ut

VI. Item ex CONCILIO CARTHAGINENSIS III. c. 16. [an. 397. in Africa.]

Clericus non accipiat plus quam commodavit.

Nullus Clericorum amplius recipiat, quam cuiquam commodaverit: si pecuniam, pecuniam accipiat: si pecuniam eandem, quam dederit, accipiat: & quidquid aliud, tantum, quantum dederit, accipiat. PITH. Speciem.] V. C. si speciem. Quamquam.] V. C. quamquam dedit; deest, accipiat. V. C. meus, quam cuiquam commodaverit, five pecuniam, five quamlibet speciem.

VII. Item Leo Papa I. Epist. 1. c. 3. k. [an. 443. Romæ in Campaniam, &c.] Etiam Laicis usura damnabilis est.

Ne hoc quoque prætereundum esse duximus, quod dam lucri turpis cupiditate captos, usurariam exercere pecuniam, & honore velle distrechere. Quod nos, non dicam in eos, qui sunt in Clericali officio constituti, sed & in Laicos cadere, qui Christianos fe dici cupiunt, condolemus. Quod vindicari acris in eos, qui fuerint constituti, decernimus, ut omni peccandi opportunitas adimatur. PITH. Papa.] Add. V. C. universis Episcopis per Campaniam, Picenum, Tuscanam, & universas Provincias constitutis.

VIII. Item ex NICÆNO CONCILIO, c. 17. m. [an. 325. in Bithynia.]

Ejiciantur à Clero turpia lucra sectantes.

Quoniam multi Clerici avaritiæ causa turpia lucra sectantes, obliiti sunt Divini præcepti, quò dictum est: Qui pecuniam suam non dedit ad usuram: feneratoris, centesimas exigunt; statuit hoc sanctum Concilium, ut si quis inventus fuerit post hanc definitionem usuras accipere, vel ex quolibet tali negotio turpia lucra sectari, vel etiam species frumentorum ad fescuplum dare; omnis, qui tale aliquid comatus fuerit ad quæstum, deiciatur à Clero, & alienus ab Ecclesiastico habeatur gradu. CORR. ROM. Supra dist. 47. hic idem Canon assertur ex versione Dionysii, qui nunc ex prisca, quæ est in Collectione Isidori.

IX. Item Julius Papa I. [imò ex Capit. lib. 1. c. 131. an. 806. Noviomagi.]

Turpe lucrum sequitur, qui minus emit, ut plus vendat.

Quicumque tempore messis, vel vindemie, non necessitate, sed propter cupiditatem comparat annonam, vel vinum, verbi gratia de duobus denariis comparat modium unum, & servat usque dum vendatur denarius quatuor, aut sex, aut amplius; hoc turpe lucrum dicimus. CORR. ROM.] Caput hoc apud Burchardum, & Ivonem p. 6. c. 201. & in Pannonia citatur ex decretis Julii Papæ Usurarius missis. Verum idem Ivo p. 13. c. 21. citat ex Capitularibus, quorum lib. 1. c. 131. habetur. PITH. Quicumque.] Vide cap. 2. Concilii Parisiensis 386. Capit. 60. Constit. Karoli 41. lib. 2. Capitul. c. 125.

X. Item Ambrosius in libro de Bono Moris, c. 12. [c. an. 387. Mediolani.]

Rapinam facit, qui usuram accipit.

Si quis usuram acceperit; rapinam facit, vitâ non vivit. XI. Item Augustinus ad Macedonium, Epist. 54. [forte an. 414. in Africa.] Non minus crudelis est, qui pauperem trucidat fenore, quam qui diviti aliquam rapit. Quid dicam de usuris, quas etiam ipse Leges, & Judices reddi jubent? An crudelior est, qui subtrahit aliquid, vel eripit diviti, quam qui trucidat pauperem fenore? Hæc, atque huiusmodi male utique possidentur; & vellem, ut restituerentur: sed non est, quò iudice repetantur. Jam verò, si prudenter intueamur, quod scriptum est: Fidelis hominis robur Mundus dicitur sustinere; infidelis autem, nec obolus: nonne omnes, qui sibi videntur gaudere licite conquestis, eisque uti nequeunt; aliena possidere convincimus? Hoc enim certè alienum non est, quò jure possidetur: hoc autem jure, quò iuste, & hoc iuste, quò bene. Omne igitur, quò male possidetur; alienum est: male autem possidet, qui male utitur.

PORRO, à quo usura exigenda sint, testatur dicens

XII. Ambrosius in libro de Tobia, c. 15. [c. an. 390. Mediolani.]

Ab illo usuram exigere possumus, cui jure nocemus.

Ab illo usuram exigere, cui merito nocere desideras; ubi, inquit, cui jure inferuntur arma, huic legitime indicantur usuræ; quem bello vincere facile non potes, de hoc cito potes certissima vindicare te. Ab hoc usuram exige, quem non fit crimen occidere. Sine ferro dimicat, qui usuram flagitat: sine

GRATIAN. ABSYNTIACHI a cupellam sibi gratis deferat: ad Cauponem dirigit, ut Picenum vinum, aut Tyriacum requirit: ad Lanium, ut hiliam sibi procuret; ad alium, ut poma sibi adornet. CORR. ROM. a Absyntiachi.] De hoc vino, quò tardam coctionem accelerat, ideoque instaurendis conviviis aptum est, meminit Dioscorides lib. 5. cap. 49. Lamprius de Heliogabalo inquit, & rosato, atque absyntio unguis ad bibendum invitavit. De hoc Alciatus Parerg. lib. 7. cap. ultimo.

IV. Item ex CONCILIO AGATHENSIS k. i. [imò ex Capit. lib. 1. c. 125. an. 806. Noviomagi.]

Quando amplius, quam debetur, exigitur, usura est. Uura est, ubi amplius requiritur, quàm datur. Verbi gratia, si dederis solidus decem, & amplius quæseris: vel dederis frumentum modium unum, & super aliquid exegeris. PITH. Agathensi.] Non est in Agathensi. Vide Constit. Karoli 44. lib. 1. c. 125.

GRATIAN. ECCE evidenter ostenditur, quò quidquid ultra fortem exigitur, usura est.

AN LICEAT CLERICIS VEL LAICIS USURAS EXPETERE. QUÆSTIO IV.

GRATIAN. QUOD verò nec Clericis, nec Laicis liceat usuras exigere, probatur autoritate Gelatii, & aliorum. Ait enim

I. GELASIUS Papa I. scribens Episcopis per Lucaniam, & Siciliam, c. 17. [an. 494. Romæ in Lucaniam, &c.]

A que libus negotiationis Clerici abstineant.

Clerici aut ab indignis quælibus noverint abstinentiam, & ab omni quælibet negotiationis ingenio, vel cupiditate cessandum; aut in quocumque gradu sint positi; si cessare noluerint, a Clericalibus officiis abstinere cogantur. CORR. ROM. a Si cessare noluerint.] Hæc non sunt in Epistola, neque referuntur supra, dist. 88. c. consequens: sed non sunt expuncta ob Glossam. PITH. Si cessare noluerint.] Desunt in 3. V. C.

II. Item ex CONCILIO ARELATENSIS I. quò confirmavit Papa Silvester, cap. 12. [an. 319. in Gallia.]

Excommunicentur Ministri, qui feneratorant.

Ministri b. 2, qui feneratorant c, placuit iuxta formam divinitus datam eos à communione abstinere. PITH. Ministri.] 2. V. C. de Ministris.

III. Item ex CONCILIO TARRACONENSIS, c. 2. [an. 516. in Hispania.]

Qui voluit esse in Clero, à studio negotiationis abstineant.

Canonum status d. firmatum est, ut quicumque in Clero esse voluerit, emendi vilius, vel vendendi carius studio non utatur. Quò certe si voluerit exercere, cohibeatur à Clero. IV. Item ex CONCILIO Martini Papæ, c. 62. [c. an. 572. ibid.]

Alienetur à Clero usuras, aut superabundantiam exigent.

Si quis oblitus timorem Domini, & sanctam Scripturam, quæ dicit: Pecuniam suam non dedit ad usuram; post hanc cognitionem magni Concilii a feneratoris, & centesimas exegerit, aut ex quolibet negotio turpe lucrum quæserit; aut per diversas species vini, vel frugis, vel cujuslibet rei, emendo, vel vendendo aliqua incrementa susceperit; de gradu suo dejectus, alienus habeatur à Clero. CORR. ROM. a Magui Concilii.] Sic loquitur Martinus Bracarenis: quoniam hanc sententiam accipit ex capite 17. Concilii Nicæni, quò citatur infra ead. c. quoniam, & in duobus vetustis Gratiani exemplaribus, post hoc continuo illud subiungitur.

V. Item ex CONCILIO TARRACONENSIS, c. 3. [an. 516. ibid.]

Pro pecunia, quam Clericus minus dedit, iusto pretio species accipere potest.

Si quis Clericus solidum in necessitate præstiterit, hoc de vino, vel frumento accipiat, quò mercandis causa tempore statuto decretum fuerit venundari. Ceterum si speciem non haberit necessariam; ipsum, quò dedit, sine ullo augmento recipiat.